

493.

Landgraf Konrad bekundet, daß Ritter Sifrid, gen. Schurge, seine Gattin und sein Sohn Rüdiger dem Kloster Arnsburg ihre Güter in Buseck übertragen haben. 1233.

Gedr.: Gulen, Codex dipl. 3, 1104.

5 Conradus dei gratia Thuringie lantgravius universis Christi fidelibus presentis scripti insinuatione cupimus innotescere, quod, cum Sifridus miles, dictus Schurge et uxor sua Gerdrudis et filius eorum Rudegerus sancti spiritus gratia cooperante ad religionis habitum suscipiendum beate Marie virgini in Arnsburg se pariter offerrent, communicata manu coheredum suorum omnia bona sua, que Buchesecke in domibus, agris seu quibus-
10 cumque possessionibus hereditario iure possidebant, eidem ecclesie contulerunt. Ipsi vero fratres de Arnesburg eadem bona e creditorum laqueis, quibus pignori obligata fuerant, precio XLVI marcarum redimebant. Ne igitur inposterum conventus iam dicte ecclesie ulla inpeticione successorum eorundem possit aut debeat fatigari, huius facti formulam in hac pagina notari et sigillo nostro fecimus corroborari. Acta sunt hec anno
15 incarnationis domini M. CC. XXXIII. Testes: Signandus et frater suus. Adolfus Flercho et fratres sui. Conradus Setzephant. Ekehardus plebanus in Buchesecke. Bertholdus comes. Fridebracht. Gunbracht. Conradus monachus et fratres sui. Dammo, Harloppo et ceteri milites in Buchesecke. Ebirhardus de Mirlowe villicus de Grunenberg. Guntramus de Marpurg. Meingotus Aureus, Conradus de Vello scabini de Grunenberg.
20 Sigebertus. Engelo. Wolfhudo et omnes filii . . de Nordeckin. Milites: Gerhardus. Waltherus et Conradus Milcheling.

494.

*Landgraf Heinrich schenkt mit Zustimmung seines Neffen Hermann dem Konvent des Hospitals St. Augustin zu Erfurt die Advokatie und alle Rechte, mit Ausnahme des Blutgerichts über die
25 Güter, welche dasselbe in Greußen und Craburnen besitzt.* 1234 Jan. 24.

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Magdeburg. S. verloren.

Heinricus dei gratia Thuringie lantgravius Saxonie comes palatinus. Ne ea, que geruntur in tempore, | lapsu temporis labantur cum tempore et calumpniosam posteris pariant altercationem, solent eadem scriptis ac testium | amminiculis perennari. Noverint
30 ergo presentes ac futuri, quod C[onradi?] prepositi et conventus hospitalis sancti Augustini | in Erphord devotis precibus inclinati nec non ob remedium anime nostre omne ius advocaticium in mansis, quos dicta ecclesia in Gruzen et in Craburnen dinoscitur possidere, preposito et fratribus eiusdem ecclesie de consensu Hermannii fratruelis nostri contradidimus in perpetuum et ab omni emolumento advocaticio eosdem mansos inposterum libertamus
35 solum modo reservato iudicio sanguinis, quod tamen personis religiosis minime convenit exercere. Si quis vero huic nostre donationi se temerarie opposuerit, indignationem et